UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Taciturnitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XVIII.

T

Tabula.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

TAbula, Græce σανίς, ίδος, ἡ, dicitur. Tabula ſecunda poſt naufragium, peccatorum eſt pœnitentia, & verecundia: *ſecund. B. Thom. 3. part. q. 84. art. 60.*

¶ LOCI BIBLICI.

Tabulæ teſtimonii Moſi datæ, *Exod.* 31.18. & 32.15. lapideæ erant, & digito Dei ſcriptæ, 31.18. & 32.16. *Deut.* 9.10. Tabulæ lapideæ, 2. *Cor.* 3. 3. Adumbrabant humani ingenii ſummam duritiem, à qua cor hominis non regenerati lapidem denominatur. *Ezech.* 11.19. & 36.26. cui opponitur cor carneum, non quod in carne verſatur, ſed è contrario, quod vi Spiritus Dei factum eſt mollius, vt in eo tanquam nouis tabulis Euangelii gratia poſſit inſculpi, vt prædictū fuit *Ier.* 31.31.

Tabulæ teſtimonii franguntur, *Exod.* 32.19. *Deut.* 9. V.17. Dei iuſſu alteræ fiunt, *Exod.* 34. V.14. in arca reconduntur. *Deut.* 10. *Hebr.* 9. 4.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

De tabulis pictis. Dial. XI.

Franſc. Petrarch.

DOL.

Pictis tabulis delector. R. Inanis delectatio, nec minor vanitas quam magnorum hominum ſæpe fuit, nec tolerabilior quam antiqua. Siquidem omne malum exemplum tunc fit peſſimum, quando illi vel authorum pondus adiungitur, vel annorum vndecunque ortæ conſuetudinis robur ingens conſenuerit, & vt bona in melius, ſic mala in peius ætas prouehit. Sed vtinam, qui maiores noſtros vanis in rebus facile vincitis, eoſdem in ſeriis æquaretis, virtutemq; cum illis gloriam miraremini, cum quibus pictas tabulas ſine fine miramini. G. Valde vtiq; pictas tabulas miror. R. O mirus humani furor animi omnia mirantis niſi ſe! quo inter cuncta non ſolum artis, ſed naturæ opera nullum mirabilius. G. Pictæ delectant tabulæ. R. Quid de hoc ſentiam ex iam pictis intelligere potuiſti. Omnis quidem terrena delectatio ſi conſilio regeretur, ad amorem cœleſtis erigeret, & originis admoneret. Nam quis vnquam quæſo riui appetens fontem odit: As vos graues, humi accliues, affixiq; cœlum ſuſpicere non auderis, & obliti opificem illum ſolis ac lunæ tanta cum voluptate tenuiſſimas picturas aſpicitis, atq; vnde tranſitus erat ad alta diſpoſitis: illic metam figitis intellectus. G. Pictis tabulis delector vnice. R. Penicillo, & coloribus delectaris, in quibus & precium & ars placet ac varietas, & curioſa diſperſio. Sic exanguium viui geſtus atq; immobilium motus imaginum & poſtibus erumpentes effigies, ac vultuum ſpirantium lineamenta ſuſpendunt, vt hinc erupturas paulo minus præſtoleris voces, & eſt hac in re periculum quod his magna maxime capiuntur ingenia. Itaq; vbi agreſtis læto & breui ſtupore prætereat, illic ingenioſus ſuſpirans ac venerabundus inhæreat. Operoſum ſane, neque tamen huius eſt operis ab initio artis originem ac incrementa retexere & miracula operum & artificum induſtrias & principum inſanias & enormia precia, quibus hæc transmaria mercati Romæ in templis deorum aut Cæſarum in thalamis inque publicis plateis ac porticibus conſecrarunt, neq; id ſatis niſi ipſi huic arti dextras atq; animos maiori exercitio debitos applicarent, quod iam ante nobiliſſimi Philoſophorū Græciæ fecerant. Vnde effectum vt pictura diu quidem apud vos vt naturæ coniunctior ante omnes mechanicas in pretio eſſet. Apud Graios vero (ſi quid Plinio creditis) in primo gradu liberalium habetur. Mitto hæc, quoniam & intentæ breuitati, & præſenti propoſito quodammodo ſunt aduerſa, videri enim poſſunt morbum iſum, cuius remedium pollicebar alere, & rerum claritas ſtupentis amentiam excuſare. Sed iam dixi, nihil errori detrahit magnitudo. Immo hæc quidem ideo attigerim, vt liqueret ius quanta vis eſſet, ad quam tot tantiſq; ſit ingeniis cui & vulgus errorum princeps, & conſuetudinum g dies, cumuluſq; ingens omnium malorum ſemper a ceſſerint, vt voluptas ſtuporq; animos ab altiore ſum tione dimoueat, diſtrahatq;. Tu autem, ſi hæc ficta & fucis manibus vſq; adeo delectant, attolle oculos ad humanum ſenſibus, animam intellectu, cœlum aſtris, ram pinxit, ſpernes quos mirabaris artifices.

Taciturnitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

TAciturnitas, Græce ἐχεμυθία, σιωπηλότης, ... taceo dicitur. Hebr *Demi*, & *Demahah*, à verbo ... muit, compeſcuit, ſubiecit. Hinc δαμάω, δαμάζω ... domas, domare. Victoria magna, compeſcere linguam ... pertinaci ſilentio. Eſt autem taciturnitas, qua mentes ... tes quid deceat, & quid non, ſilent cogitabundæ: nec ... rendum, antequam mature cuncta, examuſſim diſputa... re magis quam ex pectore erumpat oratio. Huius opp... linguacitas. Vnde dicaces, locutuleii, blaterones, lingu... balones & futiles à veteribus ſunt nominati.

Taciturnitas in dicendis, & locutio in tacendis eſt ... *ſecund. B. Thom.* 2.2. *q.* 73. *art.*

Taciturnitas eſt obſeruantiæ genus, in ſilentio ac ſermo... do conſtituta. Terent. in Andria. *Sed iis, quas ſemper ... ſitas, & fide & taciturnitate.*

Tacitus, qui tacet, & ſcit tenere ſecreta. Taciturnitas, ... facile tacet. Diminutiuum, taciturnulus.

¶ LOCI BIBLICI.

Taciturnitas laudatur, *Prou.* 10.19 & 17.27. *Eccl.* 20.1.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Quam plures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, ... tacendo: Ideoq; tacere noſſe difficilius eſt, quam loqui. ... pleroſq; cum tacere neſciant. Rarum eſt tacere quenquam ... bi loqui nihil proſit: ſapiens eſt ergo, qui nouit tacere. ... *offic.*

Silendi patientia, opportunitas loquendi, & contemp... rum, ſunt maxima fundamenta virtutum. *ibid.*

Diu conſidera quid loquendum ſit, & adhuc tacens, ... quid dixiſſe pœniteat: ſapiens vt loquatur, multa prius ... qui daut cui, quo loco, vel tempore dicat. *Hieronym. in ... piſt.*

Ille ſcit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. ... *Moral.*

Plerumq; nimis taciti, quum iniuſte aliqua patiuntur ... criorem dolorem prodeunt, vulnera quippe clauſa plu... quia quum putredo, quæ intus feruet, eiicitur, ad ſalutem ... peritur. *in paſt.*

Sancti viri, quum prodeſſe audientibus nequeunt, ... tacentes volunt. *in quadam homil.*

Quaſi quoddam nutrimentum verbis eſt cenſura ſilenti... quandoq, excreſcentiam ſermonis accipit, qui prius ordi... humilitatem tacet. *In Ezech.*

Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ... tium eos, qui erudiri poterant, in errore reliquit. *in paſt.*

Vtinam recedendo vel tacendo compeſceret, quos reſpond... non potuit: quia malitia non docetur ſermonibus, ſed ... de malum hominem tacendo melius, quam reſpondendo ... potes. *Chryſ. ſup. Matth. c.* 21.

Et loqui, & tacere, perfectio eſt. Eſt autem vtriuſque ... cauſa, verborum tenuiſſe menſuram. Aliquoties nim... nitas ſtultitiæ adſcribitur, ſicut verborum nimietas ad ... refertur, ſecundum illud ſapientis: eſt tacens non habens ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…eſt tacens ſciens tempus apti temporis: de qua re, ſi no… requiras arbitrii iam malo aliquis in tacendo ſtul… …nimium loquendo iudicetur inſanus. *Val. Epiſcop. in*

…em in domo non ſuſcipiendam, id eſt, garrulos & ver… …odem tecto non habendos, dicebat Ariſtot. *Hiero. l. 2. con-*

…alis proculdubio virtus celerius neceſſaria ſentire, & tar… …a prorumpere: neſcit enim pœnitenda loqui, qui pro… …o prius tradit examini. *Caſſid. l. 3.*

…compertum eſt, vt omnibus artibus hoc ſit ſcientiæ pre… …mpa quo rarior.

…oras diſcipulis aduenientibus, prius legitur tacendi pa… …quam loquendi monſtraſſe doctrinam, & ſic incipientem …inter diſputantium coætaneorum cathedras mutuum …quinquennium, vt etiam celeriora quorumpiam ingenia …ante laudari, quam deberet agnoſci. Quia donec ſcien… …combiberis, non maior eſt gloria dixiſſe quod noueris, …ſſe quod neſcias. *Sidon. epiſt. lib. 7.*

…oras hanc in ſtudiis ſuis conſuetudinem ſeruaſſe legitur, …ſeptennium iuxta numerum ſeptem liberalium artium …ſcipulorum ſuorum de his, quæ ab ipſo dicebantur, ratio… …re auderet, ſed fidem daret verbis magiſtri, quouſq; om… …ſſet. Scholares vero noſtri, aut nolunt, aut neſciunt mo… …gnum in diſcendo ſeruare, & idcirco multos ſtudentes, …entes inuenimus. *Hug. in didaſcalicon l. 3.*

…hominem melius poteſt tacendo aliquis vincere, quam …ndo. Quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excita… …ominus credendo compeſcere ſtuduit, quos reſpondendo …eſcuit. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.*

…a verba pauca. Tolle verboſitatem ſermonis ſuperflui. …quium non effugiet culpam. Linguoſus homo imperitus …s vero paucis vtitur verbis *Iſidor. Soliloquior. c. 31.*

…otioſa verba non reprimit, ad noxia cito tranſit. Sic ſermo …prehenſibilis, expectatione audientium vtilis eſt. *Ibi-*

¶ Poeticae Sententiae.

Lucian.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω,
Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κτεάνων φυλακή.
Arcanorum verborum linguæ ſigillum imponatur,
Præſtantior enim ſermonum, quam poſſeſſionum cuſtodia.

Palladas.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή.
Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω,
Ὃς λαλεῖν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν,
Φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενος.
Magna eruditio inter homines ſilentium.
Teſtem Pythagoram ſapientem ipſum habeo.
Qui loqui ſciens docebat tacere:
Remedium quietis potens inueniens.

Incertus Interpres.

Non mediocre bonum ſeruata ſilentia præbent,
Huius Pythagoras non leuis author erat.
Qui fari callens alios reticere docebat.
Inueniens monitis corda quieta ſuis.
Πᾶς τις ἀπαίδευτος, φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
Τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχιστον,
Quilibet indoctus prudentiſſimus eſt tacens,
Sermonem occultans veluti paſſionem turpiſſimam.

Alciatus expreſſit.

Quum tacet haudquicquam differt ſapientibus amens:
Stultitia eſt index linguaq; voxq; ſua.
Ergo premat labia, digitoq; ſilentia ſignet.
Et ſeſe Phariam vertat in Harpocratem.

Borbonius.

Nobile lingua bonum, ſi fari in tempore nouit:
Nobile lingua malum, ſi fari in tempore neſcit,

Menander.

Γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν.
Linguæ maxime vbique conare imperare.
Γλώσσης ματαίας ζημία προστέρχεται.
Linguam ſtultam damnum ſubſequitur.
Διὰ δὲ σιωπῆς πικρότεροι κατήγοροι.
Per ſilentium autem amarius accuſas.
Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστι κρεῖττον τοῦ λέγειν.
Nonnullis tacere eſt præſtantius quam loqui.
Εὐκαταφρόνητον ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
Contemptibile quid eſt taciturnus mos.
Ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
Lingua multos ad perniciem attraxit.
Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
Vel dic aliquid ſilentio præſtantius, vel ſilentium habe.
Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
Multis reſponſum ſilentium eſt.
Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.
Lingua multorum eſt cauſa malorum.
Ἢ δεῖ σιωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα.
Vel oportet tacere, vel dicere meliora.
Κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
Melius eſt tacere quam loqui quæ non decent.
Οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον.
Nihil ſilentio eſt vtilius.
Σιγὴ ποτ᾽ ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
Silentium interdum eligibilius ſermone.
Δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.
Eſt vbi oporteat tacere, & loqui vbi oportet.
Νοεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχειν.
Conſiderare melius quam ſilentium habere.

Plautus in Ciſtellaria.

Tacere nequeo, quod tacito vſus eſt.

Idem in Rudente.

Tacita mulier eſt bona ſemper, quam loquens.

Terent. in comœd. 5.

Tua quod nihil refert, percunctari deſinas.

Ouid. Artis lib. 2.

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
At contra grauis culpa, tacenda loqui.

Idem lib. 3. Amorum.

Qui furor eſt, quæ nocte latent in luce fateri?
Et quæ clam facias, facta referre palam?

Martialis lib. 5. ad Poſthumum.

Quæ mihi præſtiteris memini ſemperque tenebo.
Cur igitur taceo Poſthume tu loqueris?
Incipio quoties alicui tua dona referre:
Protinus exclamat, Dixerat ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit vnus
Huic operi ſi vis vt loquar, ipſe tace.
Crede mihi, quamuis ingentia, Poſthume, dona
Authoris pereunt garrulitate ſui.

Horat. Epiſt. lib. 1. 19. ad Lollium.

Protinus vt moneam (ſi quis monitoris eges tu)
Quid de quoque viro, & cui dicas ſæpe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.

Idem ſerm. lib. 1. Sat. 4.

Abſentem qui rodit amicum
Qui non defendit alio culpante, ſolutos
Qui captat riſus hominum famamque dicacis,
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Pit. per Auſon.

Loqui ignorabit, qui tacere neſcit.

Plaut. Perſ.

Ne hoc quoiquam homini dicerem, edictum eſt mihi
Magnopere, nec quoiquam homini crederem: omnes muti vt
prius
Loquerentur hoc quam ego.

Auſon. Paulino, Epiſt. 12.

Vnde iſtam meruit non felix charta repulſam,
Spernit tam longo ceſſatio quam tua faſtu?
Hoſtis ab hoſte tamen per barbara verba ſalutem
Accipit & ſalue medijs interuenit armis.
Reſpondent & ſaxa homini percuſſus ab antris
Sermo redit, reboat nemorum vocalis imago,
Littorei clamant ſcopuli, dant murmura riui,
Somniferumque canit ſepes depaſta ſuſurrum,
Eſt arundineis modulatio Muſica ripis,
Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis,
Incubuit folijs quoties leuis Eurus acutis,
Dindymaque Idæo reſpondent cantica luco,
Nil mutum natura dedit, non aeris ales,
Quadrupeſue ſilent: habet & ſua ſibila ſerpens,
Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat.
Cymbala dant flictu ſonitum: dant pulpita ſaltu:
Tacta pedum: tentis reboant caua tympana tergis.
Iſiacos agitant Mareotica ſiſtra tumultus:
Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni,
In numerum quoties radijs ferientibus icta
Reſpondent dociles moderato verbere peluez.
Tu velut Oebalijs habites taciturnus Amyclis,
Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet,
Obnixus Pauline taces.

Terent. in Eunuch.

Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcias.

Hor. lib. 1. Epiſt.

Arcanum neque tu ſcrutaberis illius vnquam
Commiſſumq; teges, & vino tortus & ira.

Ex Carcino, de Taciturnitate.

περὶ σιωπῆς.

Πολλοῖς, γὰρ ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν.
Σιγὴ, μάλιστα δ᾽ ἐστὶ σώφρονος τρόπου.
Multis enim hominibus pharmacum malorum eſt
Taciturnitas, quæ peculiaris eſt frugi moribus.

Sophocles.

Ω παῖ σιώπα, πολλ᾽ ἔχει σιωπὴ καλά.
Γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν.
O puer tace, multa continet bona ſilentium.
Linguam imprimis vbique moderari coneris.

Silentium & continentia linguæ omni vacent periculo.

Καὶ γέροντι, καὶ νέῳ τιμὴν φέρει
Η γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη.
Tum ſeni, tum iuueni conciliat honorem
Compos ſilentii lingua tempeſtiui.

Athenodorus.

Εστι καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.
Silentii præmium periculo vacat.

Amphis.

Οὐκ ἔστι κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲν.
Nihil eſt quidquam præſtantius quam tacere.

Philonides.

Κρεῖττον σιωπᾶν ἐστιν, ἢ λαλεῖν μάτην.
Satius eſt tacere, quam temere loqui.

Euripides in Hippolyto.

Σιωπῆς οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς.
Silentio non eſt opus in malis.

¶ Sententiæ Philoſophicæ.

Nihil æque proderit, quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui & plurimum ſecum *Sen. 16. Epiſt.*

In hoc incumbe, vt libentius audias quam loquaris: quod tacitum velis, nemini dixeris. Auribus frequentius quam lingua vtere. Quicquid dicturus es, antequam aliis, tibi dixeris. *Idem de Moribus.*

Taciturnitas ſtulto homini pro ſapientia eſt: tacere qui neſcit, neſcit loqui. *idem in Prou.*

Iam olim in prouerbio eſt nobilis illa Simonidis ſententia quæ celebratur, & apud Latinos prouerbii loco: Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. Etiam Valerius Maximus *lib. 6. c. 2.* ſententiam hanc tribuit Xenocrati, Quid, inquit, Xenocratis reſponſum quam laudabile? Quum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex eis quærente, cur ſolus linguam cohiberet? Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. *Eraſ. in Chil. 3. cen. 5.*

Zenon perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendæ tyrannidis indicaret. *Cic. Tuſc. q. l. 2.*

Nihil æque proderit, quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui, & plurimum ſecum. *Senec. epiſt. 16.*

Tardiloquum te eſſe iubeo. *idem Epiſt. 39.*

Nemo quod audierit tacebit. Nemo quantum audierit, loquetur.

Qui rem non tacuerit, non tacebit authorem. *Idem in Epiſtola.* 107.

Alium ſilere quod voles, prius ſile *idem in Hippolyto.*

Silentium præſtat ornatum. *Ariſt. l. Politicorum.*

Hæc eſt vna de virtutibus philoſophiæ. Quia cum orator non aliter niſi orando probetur, philoſophus non minus tacendo pro tempore, quam loquendo philoſophatur. *Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.*

Nunquam enim patres conſcripti taciturnitatem optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum labefactari volebant. *Val. Max. lib. 3. tit. de inſtitutis antiquis.*

Adeo magna patriæ charitate tenebantur, vt arcana patrum conſcriptorum, multis ſeculis nemo ſenatorum enuntiauerit. *ibid. lib. 2. c. 1.*

Α ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

Quæ factu turpia, hæc puta neque dicto eſſe pulchra.

Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας, δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

Magis ſerua ſermonum quam pecuniarum depoſita. Nam boni viri officium eſt, ita ſe gerere, vt eius mores plus fidei, quam aliorum deierationes mercantur.

Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν, ἢ λέγειν.

Duo fac tempora dicendi, vel de quibus ſcis manifeſte, vel de quibus neceſſe eſt dicere. In his enim ſolis ſermo ſilentio melior: In aliis vero præſtantius tacere, quam loqui. *Iſocrates ad Demonicum.*

Καλὸν ἡσυχία. *Pulcrum taciturnitas. Periander.*

Λάλει ὀλίγα. *Loquere pauca. Bias.*

Nunquam me pœnituit tacuiſſe: quod loquutus ſim, ſæpe. *Plut. in opuſc.*

Magna eſt ſapientia tempeſtiuum ſilentium, & omni ſermone præſtantius. *ibid.*

Quid Xenocratis reſponſum? quam laudabile! cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex his quærente cur ſolus linguam cohiberet? quia, inquit, dixiſſe me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Et illud, Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. *Val. Max. li. 7.*

Loqui ignorabit, qui tacere neſcit, ſapienti expedit tacere quam loqui contra ſe. *Seneca de Sent. orat.*

Xenocrates loquaci cuidam, Audi, inquit melius natura, aures duas accepimus. *ibid.*

Perſæ magnam rem ſuſtineri poſſe non credunt ab eo, cui graue ſit, quod homini facillimum voluerit eſſe natura. *lib. 4.*

Optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum taciturnitas *Val. Max. li. 2. cap. 2.*

Mulieri taciturnitas conuenientior, oblocutio vero *Heliodor. lib. 1.*

Sermo in caſtris circumlatus, arcana conſeruare nniam velociter procurrens vſque ad hoſtes diffunditur *bello Perſ. lib. 2.*

Sunt ii æmuli obſeruandi, qui ingeniis apparent moribus occultis præditi linguaq; pollent ab animo ac cuſtodia muniendum os nec ſinenda eſt lingua tetium ſeptum & labiorum munitionem euagari, quasi duplici vallo eſt incluſa. *Nicet. Man. Com. lib. 1.*

¶ Apophthegmata.

Cleanthes. Cum quidam ad tacentem Cleanthem quid taces? atqui iucundum eſt cum amicis confabulari quidem, reſpondit Cleanthes: ſed quo iucundius, co amicis oportet concedere. *Stob. ſer. de taciturnitate*

Apollonius, annitendum eſſe dicebat, & quidem indicens loquamur. Eſt enim, inquit, viri plane imper tacere, & quæ non decet efferre. *Eod. ſerm.*

Diogenes ad quendam qui ſe philoſophum profitebat gabat vero contentioſe, dixit: Vah, miſer! cur id quod in vita philoſophi corrumpis, & verbis audes te phil ctare? *ibid.*

Ariſtoteles quidnam in vita difficillimum eſſet ſpondit Tacere quæ dicenda non ſunt. *Stob ſerm. de*

Idem interrogatus, quamobrem cum alios doce taceret? dixit, Nempe eos quidem ipſa non ſcindit, acuit. *Ant. & Max. ſerm. de taciturnitate.*

Theophraſtus iuuenem in conuiuio tacentem, dixit: Si imperitus taces, peritus es: ſin vero peritus, *Eod. ſerm.*

Democritus cum animaduertiſſet quendam multa ſputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur no tacendi imperitus. *ibid.*

Plutarchus, Nemini inquit, dixeris quod vis tacere. enim ab alio poſtulabis ſilentii fidem, quam tute tibi non Item, Tacere non ſolum ſitim prohibet, teſte Hippocr tiam quoq; & dolorem. Item, ſilentii neminem, mos pœnituit. Item, Taciturnitas vbiq; tutum ornam ueni. *in Moralib.*

Baſilius Magnus. Dicenda tacendaque noſſe debem diuina omnia linguæ verbis explicanda ſunt, ne mens totum ſolem intueri volens, id etiam quod habet lum *Ant. & Max. ſerm. de taciturn.*

¶ Similitudines.

Maximi Monachi. Vt corpora modicis laboribus aug animus honeſtis & ſeriis ſermonibus. *Serm. 15.*

Plutarchi: Vt monas non exit ſuum finem, ſed ſemper net, vnde & nomen habet: dyas autem initium differe tum, protinus enim per ſe duplicatur ad multudinem nec apud vnum manet, vere arcanus eſt & ſecretus: quod rum tranſierit, iam ſpargitur in famam. *in Moral.*

¶ Adagia.

Mutus Hipparchion. ἄφωνος Ἱππαρχίων.

Vbi quis repente obmuteſcit, quum maxime vox illius id quod non raro conſueuit quibuſdam in cœtu dictur ſubito, velut attonitis, vox faucibus hæreat.

Ne gry quidem. μηδὲ γρῦ φθέγγεσθαι.

Pro eo, quod eſt, ne tantulum quidem.

Acanthia cicada. Ακάνθιος τέττιξ.

In indoctos atque infantes, aut muſices ignaros torq bio ſolitum.

Reddit Harpocratem.

Catullus dixit, pro eo, quod eſt, impoſuit ſilentium.

Statua taciturnior.

In hominem vehementer infantem ac tacitum Horat.

Statua taciturnior exit.

Itidem Iuuenalis diuitem quempiam, ſed infantem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtatus ſimilem facit. Truncoque ſimillimus Hermæ.
Pythagoreis.
ter taciturnis. Sumptum à Pythagoræ ſchola, in qua
ſilentium indicebatur auditoribus.
perdidit ſilentium. τὰς Ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή.
taciturnitas fuiſſet incommodo.
ematis ritu.
vocant Satellitium illud ex barbarorum fece
quod olim Tyranni ad cuſtodiam corporis adhibebant. In
addebatur Regum perſonis δορυφόρημα, vt aſtarent,
loquerentur.
lingua.
qui in conſultationibus aut diſceptationibus ipſi
habent quod dicant, verum aliorum ſententiis annu-

perſona, κωφὸν πρόσωπον. *Martial.*
in eos, qui in conſeſſu deliberantium, aut diſputanti-
in conuiuiis, cæteris loquentibus ſoli tacent.
agiſtri.
magiſtros Gellius libros vocat qui loquũtur quidem nobis.
magis quam ſcapha. ἀστομώτερος σκάφης.
conſueuit, qui propter humilitatem conditionis apud
non audent hiſcere.
praemium. σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.
: Eſt & fideli tuta ſilentio merces. Silendo nemo peccat,
ſæpe.
tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum. Schweigen vnnd
niemand kräncken. Man hat ſich ehe verredt dann

ornat ſilentium. γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
animal natura loquax, nulla de re magis cohoneſtatur,
tio: maxime apud viros, quum de rebus ſeriis agi-

committenda, alia celanda.
quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiari-
omnia proferenda ſunt. Ad hanc ſententiam quadrat
ex Odyſſ.
ἀλλά τι μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.
Dicendum eſt aliud, contra aliud reticendum.
ſis, neſcis.
in Eunucho: Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcis. Idem in He-
quod ſcis ſi ſapis. Prouerbio certam in tacendo fidem
dum quis quod ſcit, perinde continet ac diſsimulat,
ſcit.
qui metu attonitus, aut ſtupefactus admiratione tacet,
illud Homeri:
Τὸν δὲ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε.
Illum corripuit ſtupor atq; infantia linguæ.
gaudere.
apud ſe voluptatem ſentire.
Quid ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu. Homer.
Ἐν θυμῷ γρηῦ χαῖρε, καὶ ἴσχεο.
longaua ſinu preme gaudia nutrix.
continet arcanum.
qui celat arcanum, neq; cuiquam effutit, quadrabit il-
ex Odyſſ. φ.
Τῇ δ᾽ ἄπτερος ἔπλετο μῦθος.
Huic pennis dicta carebant.
haud longius auolabant.
cinus loquentur.
in Perſa: Muti prius loquentur quam ego. Ne hoc, inquit,
homini dicerem, edictum eſt mihi magnopere, nec cuiquam
crederem, omnes muti vt prius loquerentur hoc, quam ego.
Schwätzer hette es bald geſagt.
Areopagita taciturnior.
qui commiſſum arcanum optime contineret.
ad os apponere.
geſtu ſignificamus nos ſcire quippiam, quod tamen nolumus

Bacchæ more. Βάκχης τρόπον. *Diog.*
ac taciturnis dictitari ſolitum, quod eſſent huiuſmodi
illa Bacchico afflata furore. At Iuuenalis retulit ad vi-
intemperantem:
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.
mutus magis quam piſcis. ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων.
vehementer infantibus atq; infacundis. Conuenit in hominem
taciturnitatis. Piſces enim nullam edunt vocem: Stum̃
Stockſtummer als ein Fiſch im Waſſer.
Gall. Plus mouet qu' vn poiſſon.
Seriphia. βάτραχος ἐκ Σερίφου.

❡ Exempla Profana.

Exemplar taciturnitatis honeſtæ D. Maria virgo, hanc virgines, hanc fœminæ omnes imitentur: pauciloquam quidem, ſed admiraculum ſapientem. *Lud. Viues de Chriſtian. fœmina lib.* 1.

Diſertiſſimum Homerus Vlyſſem, maxime taciturnum expreſſit, filiumque eius & coniugem, & nutricem: ſiquidem audis eam dicentem:

Ἕξω δ᾽ ὡς ὅτε τις κρατερὴ δρῦς ἠὲ σίδηρος.
Non ſecus ac fortis quercus ferrumve tacebo.

Apud *Spartanos* in Phiditiis natu maximus commõſtratis foribus. ταύτῃ οὐκ ἐξέρχεται λόγος, audientibus omnibus proclamabat. *Plut. lib. 2, conui. & in Lycurgo.*

Quum *M. Catoni* Vticenſi, etiamnum puero, vitio daretur taciturnitas (nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquam audiri volebat) ait: carpant taciturnitatem: modo vitam probent. Et addidit: tum demum abrumpam hoc meum ſilentium: cum ea loqui potero, quæ ſunt indigna ſilentio. *Plut.*

Leana meretricula, cum nullis tormentis adduci potuiſſet: vt conſilia Harmodii & Ariſtogitonis tyrannicidarum detegeret: ſtatuam apud Athenienſes æneam meruit. Iphicratis opus. Leæna ſcilicet, cui ob taciturnitatem lingua adempta eſſet. *Alexand. ab Alex. l. 1. c. 30. ex Plin. l. 34. c. 8.*

Papyrius, ob taciturnitatem eorum, quæ in Senatu conſultabantur, puer etiamnum prætexta à Roman. Senatu donatus eſt. *Macrob. l. lib. 1. Saturn. c. 6. & Gellius lib. 1. c. 23.*

Caius Cæſar libertinæ mulieri, quod tormentorum nullo cruciatu adigi potuiſſet, vt patroni crimen proderet, octingenta donauit. *Suet.*

Dogma Pythagoræ philoſophi excellentiſſimi fuit præter Palingeneſiam, & μετεμψύχωσιν, id eſt, regenerationem, & tranſanimationem, item abſtinentiam ab eſu carnium & fabarum: de quibus Oui. lib. 15. Metamorph. & Virg. in 6. ſcribunt, & ἐχεμυθία, id eſt, taciturnitas illa, qua diſcipulos elinguabat toto quinquennio, vt apud ſe docere diſcerent, & loqui dediſcerent.

Philippus Beroaldus in comment. in Quæſt. Tuſculan. libr. 3. Diogenes Laert. libr. 8. de vitis Philoſophorum, Raphael Volaterranus lib. 28. Philologiæ. Rauiſius Textor refert, triennium præſtriptum fuiſſe ſilentium, in ſecunda parte cap. Taciturnitas in officina.

❡ Hieroglyphicvm.

Per numerum 1095. Ægyptii ſoliti ſunt Taciturnitatem indicare: cauſas vide apud *Pier. Valer. l. 38. p. 362. F.*

Vide, ſupra, Lingua, Sermo, Silentium.

Tactus.

❡ Definitiones et Etymolog.

Tactus, Græce ἁφὴ, ῆ, ἡ, & ἅπτομαι, tango dicitur. Eſt autem tantus ſenſus eorum, ex quibus componitur animal, & per quæ corrumpitur. *ſecund. B. Thom. in quæſt. de veritate. qu. 26 art. 3. cap.*

Tactus à tango venit, vnde tangibile.

❡ Philosophicæ Sententiæ.

Omnes animantes ſenſus tangendi participes ſunt. *Lib. 2. de animo, c. 2. T. 17.*

Sine tangendi ſenſu nullus alius extare poteſt: cum tactus ſine aliis adſit. *Lib. 2. de anim. c. 3. T. 31.*

Cum cæteris ſenſibus à beſtiis longe multumque ſuperemur: tamen tactus iudicium in nobis, quam in pleriſq; aliis, acrius eſt. *Lib. 2. de anim. c. 9. T. 94.*

Tactus & rei eſt, quæ ſub tangendi ſenſum cadit, & rei quæ non cadit. *Lib. 2. de anim. c. 11, T. 120.*

Si ſolus nobis tactus datus eſſet vnum duo eſſe iudicaremus. *Lib. de Somniis c. 2.*

Ea pars in qua ineſt tangendi principatus, terrena eſt: ea vero qua guſtamus, quædam ſpecies tactus eſt, ob eamq; cauſam, & tangendi, & guſtandi ſenſus cordi adiunctus eſt & annexus. *Lib. de Senſu, c. 2.*

Tactus in parte corporis ſimilari conſiſtit, vt carne. *Lib. 1. de Hiſt. c. 4.*

Tactus multipliciter dicitur, & quod multipliciter dicitur, vel dicitur æquiuoce, vel altera ab alteris, in prioribus. *Ariſt. in 1. de gen. & cor. c. 2, tex. 14.*

Tactus proprie dicitur de habentibus poſitionem. *Ariſt. in 1. de gen. & cor. c. 2. tex. 44.*

Tactus qui eſt in Mathematicis, dicitur ſecundum poſterius à vero tactu, qui eſt in animalibus. *Auerroes in prim. de gen. text. 44.*

Tactus tripliciter conſideratur, vt eſt tactus tantum, vt eſt ſenſus tantum, & tactus, vel, prout eſt ſenſus & tactus, & huius com-
plexionatis,